

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Davidis Ruhnkenii Opuscula Varii Argumenti, Oratoria, Historica, Critica

Ruhnken, David

Lugduni Batavorum, 1823

De Hesiodo

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1677)

DE HESIODO.

EX EPISTOLA CRITICA I.

EJUSDEM OPERIS, p. 80.

Hactenus de Hymnis Homericis. Jam etsi epistola prope modum excessit, tamen voluptas Tecum loquendi facit, ut alia quaedam, quibus Hesiodo vel lux vel medela afferatur, eadem opera expromam. Scis, nullum esse poetarum veterum, qui manus interpolatorum senserit crebrius. Cujus interpolationis, nisi res ipsa loqueretur, testem locupletem citare possem Pausaniam in Corinth. 26. τὸς ἐμπροπομ-  
κότας ἐς τὰ Ἡσιόδου ἔπη commemorantem. Multos quidem versus adulterinos ex Hesiodo sustulerunt Critici veteres, Plutarchus maxime: sed multis partibus plures reliquerunt. E recentioribus non male hoc nomine ejus de carminibus meritis est Franciscus Gujetus, vir doctus, cui in tali fraude olfacienda obtigerat *odora canum vis*; quamvis saepe modestiae fines transeat, et, quod Cicero de Aristarcho refert, versum, quem non probet, ne poetae quidem esse censeat. Quam hominis temeritatem, praeter alios, satis castigavit Bentlejus ad Terentium. Ego quantum consecutus sim, Tu, Vir egregie, judicabis. Ordiamur ab Ἔργοις καὶ Ἡμέροις, quo opere morum et agriculturae praecepta tradidit fratri, Persae; quem et ipsum Gyraldus aliique poetam fuisse credebant. Enim-

Enimvero doctissimi viri decepti sunt corrupto Suidae loco; qui primum, quod sciam, suspectus fuit Jo. Alb. Fabricio Bibl. Gr. Vol. I. p. 373. Πέρσης, inquit Suidas, Ἀσκραῖος, ΕΠΟΠΟΙΟΣ, ἀδελφὸς Ἡσίοδου τοῦ ποιητοῦ. Sed, ni fallor, legendum: ΓΕΩΠΟΝΟΣ. Nam agrum a Perse cultum esse, non ingenium, ex fratris carmine intelligitur.

— Λο. MDCCLXXXI.